




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Valentinus Presb. M. Suavitas sermonis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. VALENTINUS PRESB. M.

Suavitas sermonis.

Deus, qui B. VALENTINO gratiam
flexanimi sermonis contulisti, qua
etiam obduratos ad mansuetudinem
inclinaret; da nobis sic linguæ mode-
rari, ut tibi placentes in opere, proxi-
mos numquam offendamus in verbo.

Ora pro cohibitione rixarum,



Anno Christi 269, cum Claudius Imp. Romæ Christianos persequeretur, adductus est ei VALENTINVS Presbyter: qui iussus reddere suæ fidei rationem, satis benigne auditus, commendatusq; est Asterio Principi. Huic ille cum placido sermone fecisset satis; fidem quoque rebus adstruxit, in nomine Jesu illuminans cæcam filiam ipsius. Baptizatus est ergo Asterius à Valentino cum familia tota capitem 44. Hoc audito, Imperator vehementer indignatus, vinctos omnes Ostiam deportari iussit & pœnis variis exterminari: VALENTINVS vero, fustibus cæsum, capite minui, via Flaminia: ubi corpus sepelivit Savinilla matrona. Ecclesiam deinde statuisse putatur Julius Pipa seculo 4, pro qua ad Pontem Milvium, & forte ipsomet loco supplicii, novam à fundo struxit Theodorus Papa seculo 7, quam Gregorius IV seculo 9 refecit ornavitque. Sed & hujus nunc ægrè reperiuntur vestigia, ex quo corpus translatum est ad S. Praxedis, caput vero ad ecclesiam, SS. Sebastiani & Valentini nunc dicitur. Martyrii historia ex Actis SS. Marthæ & Marthæ habetur.

Responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitatur furorem. PROV. 15.